filii quoq; ē. ſpſ nuncupaſti. Unde & orationi copuletur auctoritaſ. in ſpū quoq; recte baptizari non poſſe ſcriptura indicat. Dicente dnō. Voſ aut̄ baptizabimini in ſpū ſcō. Et apl̄s ait. Omſ enim in ipſo corpore. in unū ſpm̄ baptizati ſumuſ. Unum opuſ. quia unū miſterium. Unum baptiſma. quia morſ una ꝓ mundo. Unitaſ ergo operationiſ. unitaſ p̄dicationiſ. ē. que non poteſt ſeparari.;

EXPLICIT LIBER. DO GRATIAS AMEN.

INCIP CAP. EXERPTUM DE VITA BEATI APOLLONII.

INTEREA dum cetera premittentes alia ꝑſequamur. cum contra uoluntatē cogebat beat apolloniuſ ad corporalem requiem frm̄: ſancti loth exemplum proponebat: qui angelos uidens conpulſuſ ad domuſ ſuę hoſpitium duxit: Sed etiam hoc monebat ſcſ apolloniuſ. ut ſi fieri poſſet cotidie monachi communicentur miſterium xp̄i. ne forte qui longe facit ſe ab hiſ. longe fiat a deo. Qui aut̄ frequentuſ hęc ſuſcipit. frequentiuſ ipſum uideatur ſuſcipere ſaluatorem. Quia ſic dicit ipſe ſaluator. Qui manducat carnem meam. & bibit ſanguinē meum. in me manet. & ego in illo. Sed & ipſa commemoratio dominicę paſſioniſ cū aſſiduę fit a monachiſ plurimū humilitatiſ confert illiſ ad exemplum patientię.;

Bambg. StB. Patr. 68, fol. 104r

1:1

Reproduktion / Veröff...
nur mit Genehmigung und ...

Staatsbibliothek Ba...
Sign.: Msc. Patr. 68, f. 104r

Belegexemplar bitte an:
Staatsbibliothek Bamberg
Neue Residenz, Domplatz 8
D-96049 Bamberg